Romae (VI 9520 vidit Henzen). — 1) *Cf. Tac. hist. 4, 53; Prosopogr. imp. Rom. II p. 219 n. 408.*

7402 d. m. s. | Nummiae | Panopeni | coniugi dul|cissimae et | incompara|bili, Flavianus | ser. not. et act.[1] | ob bene merita | eius c. s.[2] fecit.

Fori Sempronii, Romae ut videtur rep. (VI 9130 vidit Bormann). — 1) *Servus notarius (alii notarii infra N. 7756 seq.) et actor.* — 2) *Cum suis* (?).

7403 Placidus P. Vitelli[1] | tabularius.

Romae (VI 9925 vidit Henzen). — 1) *Cf. Tac. a. 1, 70 cet.; Suet. Vit. 2.*

7404 Sophro Sisennae | Statili[1] ser. tabul. | Psyche soror et | Optata coniunx fecer.

Romae in eodem monumento in quo N. 7407 seq. (VI 6358). — 1) *Est Sisenna Statilius Taurus consul a. p. Chr. 16, frater minor T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 11, patruus T. Statilii Tauri consulis a. p. Chr. 44, quorum servi sunt infra N. 7407.*

7405 d. m. | L. Volusi Hamilli | a tabulario L. patris[1], | Ianuaria coiunx et | Hamillus filius b. m., | arbitratu | L. Volusi Dionis.

Romae rep. ad viam Appiam in vinea Ammendola, eodem loco ubi N. 7361[b]. 7406[a]. 7406[c]. 7418. 7446, item ut videtur N. 7406[b]. 7413. 7863, qui tituli omnes videntur pertinuise ad sepulcrum familiae Volusiorum (VI 7374 vidit Henzen). — 1) *Cf. N. 7389 not. 2.*

7406[a] dis manibus | L. Volusio | Paridi a cubiculo | et procuratori L. n.[1], | Claudia Helpis cum | Volusia Hamilla et | Volusio Paride | filis suis coniugi suo | bene merenti, | permissu L. n.[1] | *(in latere)* s. p. f.

7406[b] Iphi L. Volussi *(sic)* | cubiculario, Carpos | qui fuit L. fili[2] | avonculo suo, et | Anatole contu|bernales *(sic)* eius.

7406[c] Hebeno Q. n.[3] | cubicular., | collegae d. s.

Romae, una cum ea quae praecedit ut videtur rep. (VI 7370. 7288. 7369 illas vidit Henzen, hanc Michaelis). — 1) *Lucii nostri (significatur L. Volusius Saturninus cos. a. p. Chr. 3, defunctus a. 56).* — 2) *Videtur significari filius consulis a. p. Chr. 3, defunctus ante patrem nonagenarium (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 485 n. 662).* — 3) *Quinti nostri (significatur Q. Volusius Saturninus cos. a. 56, frater eius qui praecedit).*

7407[a] Apthonus cub. | Tauri pat.[1]

7407[b] Clarus cubicular. | Tauri adulescentis[2].

7407[c] Statilius Phileros | Corneliaes[3] cubicularius.

Romae rep. a. 1875 ad portam Praenestinam in monumento quod servis et libertis gentis Statiliae destinatum fuisse apparet: ex quingentis circiter titulis dedimus supra N. 5156. 5157. 7360. 7404, infra N. 7412. 7416. 7424[a]. 7432 cet. 7447 seq. 7623. 7873 (VI 6256. 6257. 6264 vidit Henzen). — 1) *Videntur significari T. Statilius Taurus consul a. p. Chr. 11,* 2) *et filius eius consul a. p. Chr. 44, aut hic et filius eius praeterea ignotus (cf. N. 7448).* — 3) *Fortasse filia Sisennae Statilii Tauri consulis a. 16 (N. 7404), cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 264. Eadem N. 7424[a].*

---

archive.org